Protestatio Archiepiscopi Gnesnensis Epporum et Senatorum Regni contra Comitia Anni 1640.

Nos infrascripti Matthias Lubienski Archieppus Gnesnen. Legatus Natus Regni Poloniae Primas, Andreas Szoldrski Posnan., Andreas Gebicki Luceorien., Petrus Gebicki Præmislien. Regni Poloniae Canc.rius, Alexander Sokolowski Chiovien. Epi et Regni Poloniae Senatores, Stanislaus Radziwil S. R. I. Princeps, Dux in Olika et Nieswiez M. D. Lith.ae Canc.rius, Casimirus Sapieha M. D. Lith.ae Curiae mareschalcus; Ad notitiam omnium et singulorum quorum interest deducimus, quod cum munus sit Epporum attendere sibi et universo Gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, attendere autem non possint nisi Populo sanguine Christi Redempto viam Catholicae veritatis extra quam nemo salvus esse potest, demonstrent, omniumque qui Catholico nomine censentur officium sit, ut ijs quae Ecclesiae Dei praeiudiciosa et Animarum saluti perniciosa statuuntur, quantum possunt reclament et obnitantur, ideo quemadmodum cum alias, tum praecipue in Electionis Coronationis Ser.mi Regis moderni Dni nri Clem.mi et 1635. Comitijs piae me: Jo: Wezik Archieppus Gnesnen. cum alijs Regni et M. D. Lith.ae Epporum Senatoribus et Proceribus contra quaelibet Diplomati de